

ANNO 1748. ANTE, subministranda teneri, ac pro subministratone...

Et subinde pro parte tunc pariter existentium Fratrum primordiale Congregationis denuo eidem Clementi...

Idem Clemens Prædecessor tunc etiam existenti in dicta Urbe Vicegerenti mandavit, ut Exponentibus...

Et successive pro parte Fratrum memoratæ Congregationis sancti Marci, eidem Clementi Prædecessori...

Ac postmodum pro parte eorumdem Fratrum fel. record. Benedicto Papæ XIII. Prædecessori Nostro...

Cum autem, sicut pro parte Venerabilium Fratrum Nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium...

deni Vicarius Generalis, ac Fratres primordiale Congregationis, accedente etiam consensu Magistri Generalis...

Nos igitur Vicarium Generalem, & Fratres præfatos specialibus favoribus, & gratis profectui volentes...

Præterea, ut Missionarium munus, quod vere Apostolicorum est, per viros undequaque idoneos omni cura & feivore...

Quod si vero non semper haberi possint ex dicta Sancti Marci Congregatione sex Professores ad munus hujusmodi...

In ipso ingressu in Seminarium hujusmodi faciem, singuli Exercitia Spiritualia peragant per decem aut octo dies...

PONT. A. VIII.

Sac. Congreg. Propag. Fidei modum, & terminum præfinit.

Pontif. Clem. XI. Literas, & dictæ Congregationis Decretum.

Qualitates Alumnorum eligendorum.

Alumnorum, quali esse debet aetas.

Pæna contra disidentes, accedente ad Seminarium.

Unde istiusmodi sunt Alumi.

Exercitia Spiritualia.

formulam præsent, illudque, postquam sic præstitum fuerit, ad eadem Cardinalium Congregationem transmittatur.

In Seminario vero hujusmodi permanent spatium annorum, & non ultra, quoad melius vocatio probeat, & plene in studiis, Apostolicæ disciplina instituantur...

Tres ad minus in hebdomada lectiones Controversiarum, duas Morales, utiles pro Missionibus, ad quas Alumni hujusmodi sunt mittendi...

Prohibetur propterea æque Lectori, ac studentibus, diebus lectionum & Conventu, seu Seminario hujusmodi egredi quacumque de causa...

Senis deinde quibuscumque mensibus Theses Theologicæ Controversiarum, & Morales habeantur, quibus Superiori Conventus interesse teneatur...

Singulis porro Dominicis, & aliis festivis de præcepto diebus, prælati Studentes in Ecclesia, vel in alio opportuno loco a Superiore locali destinando explicent Catechismum Romanum...

Vicarius insuper Generalis præfatus, vel eo absente alius ab ipso delegandus, singulis saltem quatuor mensibus, studium, seu Seminarium istud visitet, & si Studentem aliquem minime proficientem invenerit...

Ultra vero præfatum Vicarium Generalem, seu alterius ab eo delegati visitationem, Secretarius itidem pro tempore existentis memoratæ Cardinalium Congregationis bis visitet in anno...

Completo postmodum triennio, abeant Studentes, quoad præfata Cardinalium Congregatione destinati fuerint; quod si nullus tunc temporis sit in promptu Missionis locus, liceat Vicario Generali eos ad alios sui Instituti Conventus transferre...

Completo postmodum triennio, abeant Studentes, quoad præfata Cardinalium Congregatione destinati fuerint...

ANNO 1748. ANTE, subministranda teneri, ac pro subministratone...

Interim vero se immunes esse non credant ab obedientia Regulari, & Officiorum servitio. Quod si aliquis illorum ad destinatæ Missiones tenuerit, aut negligenter accedere, arbitrio memoratæ Congregationis Cardinalium plectetur...

Stricte tamen per præfatos injungimus Superioribus primordiale Congregationis, ut in emeritis hujusmodi Christi Fidei Præcones, omnem charitatem exercent, cum plerumque assiduis laboribus consumpti, ægritudinibus, aliisque corporis incommodis sint obnoxii.

Denique in iis omnibus conscientiam Vicarii Generalis pro tempore existentis dictæ Congregationis Sancti Marci oneratum volumus, ejusque arbitrio relinquimus, cum plerumque assiduis laboribus consumpti, ægritudinibus, aliisque corporis incommodis sint obnoxii.

Decorantes eadem præfatos Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Superioribus & Fratribus dictæ Congregationis plenissime suffragari, & ab illis, ad quos spectat, & in futurum spectabit, in violabiliter observari, sicut in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere...

Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ eidem Clemens Prædecessor in primordialis suis Literis præfatis voluit non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die x. Julii MDCCXLVIII. Pontificatus Nostri Anno VIII.

D. Card. Passioneus.

BEATIFICATIO LVIII.

Ven. Servi Dei JOSEPHI Calasanzii a Matre Dei, Fundatoris Congregationis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

COELESTIS Paterfamilias, cujus judicium perennis misericordia superexaltat, ut ostenderet se nihil eorum prætermisisse, quæ in excolenda Vineâ optimam, & diligentissimum Agricolam decent, nullam unquam passus est elabi ætatem, quæ contra impios conatus inimici hominis supereminantis zizania, admirabilis ejus dextera potentiam, & præsidium non experiretur...

Aliz proro-gationes concessa a Benedicto Papa XIII.

Fratres Congregationis S. Marci...

Exercitia Spiritualia.

ANNO 1748. Pæna contra inobedientes.

Datur facultas Vicario Generali...

Obstantibus derogatio.

Procurium.

ANNO 1748.

Summarium Veritatum, & mentionum hinc & inde.

De Institutione Scholaram Piarum

In dies causa servatus.

Freca Sanctae Sedis proleptia proleptia proleptia

Fidem Beati nomen, & honores decernuntur.

silva Christo renata germina in ipso flore defeceret, Domini timorem, Legem Vitae, & Disciplinam Parvulos edoceret. Luculentum sane, ac memorandum hujusce Providentiae specimen superiori Saeculo in hac ipsa Urbium Principe misericordiarum Pater per Servum suum JOSEPHUM CALASANCTIUM A MATRE DEI ostendere dignatus est. Hic inter Aragonios Nobiliter ortus, florentibus annis per exercitia Pietatis, & Literarum studia peractis, varisque porro muneribus integre administratis, de improvise in sortem Domini vocatus, divinoque afflatu Numinis Romam accersitus, ad novi operis ministerium, Christiano Populo quam maxime profuturum, sedulo animo adiecit. Cum enim ubique gentium miseriam aequae, ac frequentissimi pueri jacerent in trivis, & per compita divagarentur, quos non divina Religio, non famae pudor, non amor virtutis, non Parentum disciplina, non lata jura coercerant, quique per turpem vestidiam in vitis enutriti, ad Christiani nominis probrum, & perniciem Reipublice adolefcere videbantur, terribi hinc incomodo Venerabilis Dei Servus, utpote novus Vineae Operarius, fortiter se se opponens, nihil reliqui fecit, quominus hujusmodi pueri a Diaboli contagione abducti, ad Religionem, & Caritatem informarentur. Primum consilio, precibus, & qua re cumque potuit, Vir plane humilitatis studiosissimus, hujusmodi oneris suscipiendi pluribus Auctor fuit. Verum aliis alia causantibus, tantumque pietatis opus detestantibus universis, nisi demum praeter ceteros intellexit ab eo, qui Angelorum ministeria, hominumque dispensat, pauperem derelinqui, & Orphanum adiutorem commendari. Ceteris igitur quibuscumque curis abjectis, per se ipse operus agrefus est, & pauperum potissimum adolescentum commodo & incoluntati, novae Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum fundamenta jactit. Invalere jam coeperat saluberrimum hoc Institutum, altalesque radices hiege; cum hostis antiqui insidias & fraudibus, tot, tantaque turbas in Institutorem, aequae familiarum ejus homines concitarent, ut res plane profulgata, dejectaque videretur. Nihilominus Venerabilis Dei Servus ambulans in innocentia cordis sui, potestatum tenebrarum conatibus minime fructus, fideique futo inexpugnabili firmiter protectus, a suscepto condenda Congregationis consilio ullo modo nec divelli, nec distrahi putuit: Quinimo vel amplissimis, utroque oblati dignitatibus constantissime repudiatis, nihil unquam antiquius habuit, quam incepti operis curam, & amplificationem: Quod quidem Institutum, sublati diffidit, Deo auspice, & incrementum dante, ad quamplurimas Christiani Orbis Provincias cum uberrimo animarum fructu propagatum esse conspicimus. Denique Vir Dei meritis cumalatus, & sumisque confectus, nonagenario major mortalitatem explevit in terris, & immortalitatem inter caelites inchoavit. Verum insistenti fama Longe lateque percrescente, ad Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrarum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum causa deducta est; ubi cum de virtutibus estimandis iuxta Canonicae Sanctiones quaestio de more haberetur, Nos, qui per id temporis Aulae Consistorialis Advocati munere fungebamur, earum causam acriter egimus. Quare fel. record. Benedictus Papa XIII. Praedecessor Noster vi. Idus Septembris MDCCXXVIII. in gradu heroico constitutus esse pronuntiavit. Porro coram Nobis ad supremam Ecclesiae regimen, quamquam immerito, admotis, cum de Miraculis discerneretur, duo potissimum unanimi tum Cardinalium, tum Consultorum secundodidit Congregationis suffragio approbata, Nos itidem Decreto Nostro vi. Idus Maji hujusmodi Anni duximus approbata. Quapropter precibus tandem complurium Regum, Episcoporum, aliorumque Principum, nec non dilectorum filiorum Clericorum Regularium ipsiusmet Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, paterna benignitate annuentes, de ejusdem Cardinalium Congregationis consilio, & assensu, auctoritate Apostolica tenore praesentium indulgemus, ut idem Dei Servus JOSEPHUS A MATRE DEI in posterum BEATI nomine nuncupetur, ejusque Corpus, & Reliquiae venerationi Fidelium (non tamen in Processionibus circumferendis) exponantur. Imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de eo quotannis vi. Kalendas Septembris, quo demortui Corpus hu-

matum est, recitetur Officium, & Missa de communi Confessoris non Pontificis, cum Oratione a Nobis approbata, iuxta Rubricas, Breviarii, & Missalis Romani Recitationem autem Officii, & Missae celebrationem hujusmodi fieri concedimus, tum in universa Clericorum Regularium hujusmodi Familia, tum in Oppido Petrae in Aragonia, ubi Vir Dei in lucem editus est; tum in Ortoneda, in Vicariatu Trempensi, & in Civitate Urgellensi, ad quas Christi Vineae excolendas Operarius primo vocatus est, tum apud Sodalitates sanctorum duodecim Apostolorum, Doctrinae Christianae, Sacrorum Stigmatum Sancti Francisci, Sanctissimae Trinitatis Peregrinorum, & Suffragii de Urbe, in quas cooptatus fuit, ab universis Christianissimilibus tam Saecularibus, quam Regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur; & quoad Missas attinet, etiam ab omnibus Sacerdotibus ad Ecclesias, in quibus Festum peragitur, consentibus. Praeterea primo dumtaxat anno a datis hisce literis in Ecclesiae Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei, Oppidi, Vicariatus, Civitatis, & Sodalitatum hujusmodi solemnium Beatificationis ipsius Servi Dei cum Officio, & Missa sub ritu duplici majori, die ab Ordinariis respective constituta, postquam in Basilica Nostra Sancti Petri in Vaticano celebrata fuerit solemniter, nempe xv. Kalendas Septembris currentis anni, pariter celebrandi facimus potestatem. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Decretis de non Cultu editis, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut eorum praesentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu Secretarii dictae Congregationis Cardinalium munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vii. Augusti MDCCXLVIII. 7. Aug. 1748. Pontificatus Nostri Anno Octavo.

D. Card. Passioneus.

DE CONCESSIONE.

Et executione Dispensationum Matrimonialium: altera Epistola ad Primate, Archiepiscopos, & Episcopos Regni Poloniae.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Ad tuas manus pervenisse speramus Epistolam nostram Encyclicam datam die 29. superioris mensis Junii, de Dispensationibus, quas pro contrahendo Matrimonio intra gradus jure prohibitos haereticis Conjugibus concessisse, Apostolicae Sedis Ministri falso infirmabantur. Attamen hanc aliam rursus ad te mittere cogimur; cum enim res, unde falsus ille rumor exortus est, in apertum educta sit, eamque omnibus notam fieri oporteat, ex Nostri ad eam animadversionibus alios proficere, meliusque in posterum; quae agenda sunt, constituere poterunt.

Episcopus quidem istius Poloniae Regni duobus Lutheranis Conjugibus, qui in secundo affinitatis gradu inter se conjuncti erant, contrahendi matrimonii facultatem dedit. Rogatus, quo jure id fecisset, an uti executor accepisset dispensationis, quae concessa fuisset vel a Nostra Dataria, vel Penitentiaria, vel a Sanctae Inquisitionis Officio; namque haec viae sunt, quibus hujusmodi dispensationes a Sede Apostolica expediti consueverunt; nullas se dum accepisse ingenue fassus est; sed fecisse ea generali potestate respondit, quam sibi, ut Episcopo in remotis degenti, Sedes Apostolica elargita est; factumque suum excusavit more recepto suae Diocesis, & Praedecessorum suorum consuetudine. Addidit etiam, ad id faciendum adductum fuisse spe, quam ipsi ederant Conjuges, quamprimum ad fidem Catholicam se converterent; quod si intra debitum tempus minime adimplerent, se vi eos adigendi, cohabitatione prohibita, potestatem habere.

Ut ab hujusmodi narrationis serie minime discedamus, in primis id competum est, & nostris Tribuna-

PONT. A. VIII.

Derogae contrariis.

Dist. Pont. A. VIII. die 7. Aug. 1748.

LIX.

LX.

Episcopus

Vigore praesente facultatis a Sede obtracta.

Dispensatio non a Sede, sed ab Episcopo obtracta.

buna.

PONT. A. VIII.

Iste ab Episcopo factam fuit vigore generalis facultatis.

Tenor generalis facultatis referatur.

Dispensatio concessa nullis obsequiis expressam, nec inferam inducitur.

Nullitas quoque adell ex defecta facultatis.

Ex eo, quod toleratur haereticis, etiamque Matrimonium, non inferatur quod ipsi Dispensationes sine concessa.

Quod est contra disciplinam, & contra licentiam Indulgentiarum, & quae sunt, damna, non imitantur.

Exempla, quae sunt, damna, non imitantur.

Promissio abstrahenda, res non fuit, quae non effectum.

bulnibus dispensationem super impedimento affinitatis pro contrahendo matrimonio inter duos haereticos nentiam emanasse. Episcopus est, qui concessit; affirmatque, fecisse vi generalis cuiusdam facultatis, quam Sedes Apostolica impertiri consuevit Episcopis, qui extra Europam, vel in remotis Europae partibus constituti sunt.

At quid dicendum esset, si facultas, de qua agitur, dispensandi in secundo gradu, non comprehenderet matrimonium inter haereticos contrahenda? Et quidem res ita se habet; etenim facultates quae dantur Europae Episcopis, qui in dominio Catholicorum Principum positi sunt, in hac verba conceptae sunt: *Dispensandi in tertio; & quarto simpliciter & mixto tantum cum pauperibus; in contrahendis; in contrahendo vero, cum haereticis cohabitans, etiam in secundo simpliciter, & mixto dummodo nullo modo attingat primum gradum, & in his casibus potestatem suscipiam declarandi legitimum.*

Praetereundum ducimus, in dispensatione, de qua agimus, & quae ab Episcopo concessa, & a Nobis lecta est, nullibi ab ipso expressum fuisse, quod dispensationem impertiretur ex vi Apostolicae facultatis; hac enim declaratione omisa, adus nullus ac irritus elicitur; ut in eadem facultatum formula aperte statuitur: *Et in dispensationibus hujusmodi declaratur expresso, illas concedi tanquam a Sede Apostolica Delegato: ad quem effectum etiam tenor hujusmodi facultatum inferatur cum expressione temporis, ad quod fuerint concessae; alias nulla sint.* Sed id solum sciscitabimur, ubinam continetur facultas dispensandi in secundo gradu? Certe Nobis respondebitur, in verbis illis paulo ante laudatis: *etiam in secundo simpliciter & mixto, dummodo nullo modo attingat primum gradum.* Nos statim reponemus, ante ea verba haec alia occurrere: *In contrahendo vero, cum haereticis cohabitans &c.* Et ideo, cum facultates limitatae sunt ad Matrimonia contracta, non autem ad eos, qui se convertendi spem faciunt; Sane uniusquique facili negotio, idque, uti dicitur, oculi, dignoscere poterit facultatis absum in concessione dispensationis, quae, ut diximus, in causa fuit, cur sinister rumor, & popularis obretractio adversus Apostolicam Sedem Ministros suscitaretur.

Dequint quibusdam in locis istarum Regionum Catholicis cum Haereticis mixti; palam inter se Matrimonia contrahunt, & nemo est, qui contrahentes corripiat, & puniat, aut illis adversetur. Hoc autem posito, qui fieri potest, ut hinc colligatur dispensationis concessio super alio impedimento in hujusmodi Matrimonii inter Catholicum, & Haereticum, & multo magis inter duos Haereticos, ut in specie, de qua agitur, contigit? Tolerat quidem in aliquibus locis Apostolica Sedes Matrimonia inter Catholicum, & Haereticum, vel Haereticum, & Catholicum, cum nequeat impedire; & Ecclesiastica quadam prudentia, ne majora mala emanarent, dissimulat, ac tacet. At, quod Apostolicae Sedis auctoritate gratuita in hunc dispensationis dispensatio super gradu, aut alio impedimento concedatur, fieri nunquam potest, nisi praecedat haeresis abjuratio, iuxta ejusdem Sedis Apostolicae disciplinam a Nobis in praecedenti Epistola expressam, & iuxta recentia concessa facultatis verba.

Sed responderetur: ab anterioribus Episcopis, qui eadem facultates istis verbis conscriptas habebant, quibus conceptae sunt illae, de quibus quaestio est, id peractum fuisse. Nos igitur, quid egissent Episcopi Praedecessores; id solum Nobis competum est, quod, si dispensaverunt in Matrimonio non contracto, sed contrahendo, in Matrimonio inter duos adhuc in haerese permanentes; perperam ac male egerunt, grave admiserunt peccatum, multorumque malorum reos se fecerunt, quia facultates eis concessas attentio animo non considerant, ex quibus, veluti ex fonte, omnis delegata auctoritas dimanat.

At Nobis proponitur: quidquid factum est, ideo factum, quia Conjuges suam conversionem polliciti sunt; illi autem, an verum sit, paulo post videbimus. Interea ponatur, revera Conjuges id promississe, quae facultas a Sede Apostolica concessa praescribat, ut dispensetur in secundo gradu cum Haereticis jam convertis, quomodo Episcopus arbitratus sit, ea se tunc posse in dispensando non cum haereticis jam convertis, sed cum iis, qui solummodo conversionem promiserant; cumque Sedes Apostolica hu-

iusmodi dispensationes, nisi conversione jam facta, ut late in Nostra prima Epistola Encyclicae demonstratum est, concedere non soleat; quaeritur iterum, quomodo ejus Delegatus in tantum ausum deveniret, ut cum iis, qui nudam promissionem se convertendi fecerant, dispensare non dubitaverit?

Additur demum: si fidei datae Conjuges haereticis de- fuerint, acriter punientur, eisque simul habitare interdicetur. Nos minime later, discrimen, quod inter infidelium, & haereticum intercedit: primum quidem ad amplectendam fidem Catholicam, ad quam se per Baptismum minime obligavit, cogi non posse; e diverso haereticum, qui jam Baptismum suscepit. At vero Nobis ignotum est, an usu & consuetudine receptum sit, ut haereticis ad Catholicam veritatem profertendam confiringi possint in iis regionibus, in quibus a Principibus permittitur, ut commixti cum Catholicis vivant, eademque juris aequilibrata, & civili consuetudine fruantur. Sed quidquid de hoc sit, illud necessarium est ostendere, quibus argumentis ac probationibus haereticorum Conjugum promissio demonstratur. In dispensatione enim haec verba leguntur: *ob spem, quod ad fidem Orthodoxam converterentur*: Spes autem a promissione omnino diversa, & distincta est. Si quando autem de separatione, ob frustratam spem a Conjugibus datam, agi vellet, cum res sit de Matrimonio contracto, non inter unum Haereticum, & alterum Catholicum, ab quo alio impedimento, quam illo Religio- nis; sed de Matrimonio initio inter duos haereticos in secundo affinitatis gradu contrahendum; locus non esse separationi tantum quoad iboratur, sed etiam alteri quoad vinculum; quae injungenda esset a Dispensante, publica protestatione emissa, se nullo jure, atque auctoritate dispensasse, ac proinde dispensationem irritam ac nullam fuisse.

In priori Epistola nostra Encyclicae scripta die 29. Junii admonimus, ut ii, quibus executio dispensatio- nis Matrimonialis, quae in Urbe conceditur, committitur, eas attente legant, & bene ac diligenter perpendant. Nunc autem eadem repetimus, & insuper addimus, ut legantur, & considerentur etiam facultates, quae a Sede Apostolica conceduntur, primum aliquis illis utatur; cum minime deceat, ut a horum culpa vel Sedis Apostolicae, vel ejus Ministris vitio deturatur, & quod ab aliis peccatum est, criminis eis detur. Interea autem Tibi, Venerabilis Frater, & Christiano Gregi tuae curae commisso, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romae apud S. Petrum die xxix. mensis Junii MDCCXLVIII. Pontificatus Nostri Anno Octavo.

ANNO 1748.

An Episcopus sit Haereticus ad abstrahendum in locis, ubi toleratur.

De promissio- nis irrita declaratur.

Tam dispensatio, quam Matrimo- nium irrita declaratur.

Monetur Episcopi, an facultatem indulgentiarum tenores ex- pendant.

Dat. F. A. VIII. die 7. Aug. 1748.

DE PALLII

Benedictione & traditione.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Erum Ecclesiasticarum origines quo alius ex sacrae antiquitatis memoria repetimus, eo magis illas solidis fundamentis innixas, & sublimi non minus, quam vetusta institutio venerabiles, ipsaque disciplina, & ritu graves ac religiosae, agnoscere & comprobare gaudemus. Ita porro de sacris Palliis, quae a Romano Pontifice, Patriarchis, & Archiepiscopis concedi, ipsique in Curia praesentibus tradi, absentibus autem transmitti consueverunt, a primis usque Ecclesiae saeculis complura extant certissima monumenta; nec dubium est, quin eorum traditioni, sive transmissioni, ejus quoque Benedictio, Casus tamen ritus varius fuit. Monumentum antiquae Benedictionis in Basilica S. Petri.

dem Basilicæ Canonicos tempore Alexandri III. hæc referentur, quod in ea tantum vigilatur Pallia, quæ a Romano Pontifice, Patriarchis, & Archiepiscopis mittuntur. Maphæus autem Vegius alter S. Petri Canonicus sub Prædecessore Nostro Martino V. Lib. 2. Rerum memorabilium Basilicæ S. Petri, piam supplicationem describit, quæ ab ipsius Basilicæ Clero, cum cantu Psalmorum Penitentialium, Litaniarum, aliarumque precum fiebat, dum ad Pallia benedicenda procedebatur; atque addit, nocturnas vigilas ea occasione ita celebrari consuevit, quemadmodum in privilegio Festi Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli. De hujusmodi Vigilis similiter mentio est in Libri Sacrarum Cereemoniarum Ecclesiæ Romanæ, qui tribuantur Christophoro Marcello Archiepiscopo Corcyrensi, a quo videlicet Prædecessori quondam Nostro Leoni Papæ X. oblatis fuerunt; ubi etiam lib. 1. sect. 10. c. 5. dicitur, quod ipsa Pallia demittebantur in sacra B. Petri Confessione, ut supra illius Corpus consistenter: Per Canonicos Basilicæ ponuntur super Corpora Petri, & Pauli Apostolorum sub Alteri Majori, ubi factis de more Vigilis, illa per noctem dimittunt, deinde reseruant Subdiaconis, qui in loco honesto ea conservant. Erat quippe in anteriori fronte Altaris dictæ Confessionis parva quædam veluti fenestra, & in hujus solo intra ipsius Altaris mollem foramen erat, Aeneæ Arcæ ad perpendicularum respondens, in qua Sacrum Apostolorum Principis Corpus requiescit; ut latius legere est in descriptione veteris situs, & formæ ejusdem Confessionis, quam Michael Lunigius Prædecessori Nostro Urbano Papæ VIII. dicitur, quæque tam seorsum, quam cum aliis Operibus Typis edita pluries fuit.

Verum quum mutata deinceps fuerit Aneæ Majoris forma, nocturnarum autem Vigiliarum disciplina magna ex parte in desertum abiit; annuente Basilicæ Prædecessoribus Nostri Romanis Pontificibus, indicium fuit, ut prædictæ Basilicæ Archiepiscopi Vicarius in Episcopali Ordine constitutus, vel alius Episcopus ejusdem Basilicæ Canonicus, qui Martini Officium in Festo SS. Petri, & Pauli in Pontificalibus assisteret, idem Benedictionem Palliorum faceret, cujus ritus talis erat.

Pallia, quæ benedicenda erant, auratæ Pelvi imposta, ab ipsius Vaticanæ Basilicæ Canonico Altaris nuncupato comitantibus duodecim ejusdem Basilicæ Beneficiatis, ad Confessionem B. Petri deferantur, ibique locabantur super Mensam stragula præiosa cooperatam, inter duo Candelabra accensis cereis subjecta. Episcopos vero, qui Martini Officiis, ut præteritur, admitteret, post decantatas Laudes, Pontificalibus adhuc indutus, una cum assistentibus Ministris paratis, & Clero Basilicæ, ad Confessionem ipsam descendebat, Pallia aspergebat aqua benedicta, tum incenso adolebat, ac demum solennes Benedictionis preces super illa recitabat; Pallia vero sic benedicta, per totam Festivitatem Octavæ, supra Corpus Apostolorum requiescebant, expleta autem Octava, a Sacrarum Curatoribus removebantur, & inclusæ Capsule Holoserico coccineo cooperæ, recondebantur in Oratorio Secretarii, in quo Sanctorum Reliquiæ asservantur: Clavis autem Capsulæ trahebatur primario Pontificis Cereemoniarum Magistro.

Ritum hunc, qui ad proximos usque annos viguit, Nos ipsi semper observari vidimus; quo tempore in minoribus constituti, prædictæ Vaticanæ Basilicæ Canonice tenimus; nisi quod anno Jubilæi millesimo septingentesimo vigesimo quinto, die xxii. Februarii, in Festo Cathedre Sancti Petri Antiochiæ, sal. rec. Prædecessor Noster, ac Dignitatis Nostre amplifacitor, Benedictus Papa XIII. hujusmodi Pallia per se ipsum benedicere maluit; Cuius Nos exemplo excitati, ejusque præcæta vestigia libenter sectantes, duobus proximis elapsis annis, in pervigilio Natalis Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, Vespertinis Officiis in ipsa Basilicæ Vaticana de more persolvitis, hujusmodi Pallia benedicimus, certo ordine & ritu, quem in posterum quoque servare decrevimus, atque etiam a Successoribus Nostri Romanis Pontificibus, seu respective ab eo S. R. E. Cardinali, qui forsitan, absente Pontifice, Vesperarum solemnitate in Pontificalibus assistente, observari, & adhiberi, presentium Literarum mandatum furo tenore statuimus.

Primum itaque volumus & mandamus, ut singulis

annis Palliorum numerus sufficiens pro Ecclesiarum opportunitate, in Vigilia Apostolorum de mane, a prædictæ Basilicæ Canonico Altaris, cum consueto comitatu, ad Confessionem B. Petri deferatur, ibique decetur, ut supra diximus, collocetur; ipsaque Pallia post vespæras ejusdem diei in ipsa Basilica ritu maxime celebratas, a Summo Pontifice, si presens fuerit, sin minus ab eo Cardinali, qui Pontificalia peregerit, benedicantur. Sicut enim ipsius Romani Pontificis, vel saltem illius personam, & vicem gerentis, maxime propriam, ita huic potissimum diei merito ascribendam censemus hujusmodi Benedictionem; tum quia Sacrum Pallium, in quo (ut Innocentii Papæ III. Prædecessoris Nostri verbis utamur) Pontificalis officii plenitudo cum Archiepiscopalis nominis appellatione conferitur, speciale munus est, quod a solo Romano Pontifice B. Petri successore conceditur; tum quia eo die conspicuus universi Collegii S. R. E. Cardinalium, aliorumque ipsius Ecclesiæ Romanæ Procurementis, ac frequentissimi Populi concursus, hujusmodi Functionis splendorem, & majestatem magno prece augebit.

Expletis itaque Vespæris, descendat ad Confessionem unicus ex Auditoribus Casuarum Palatii Apostolici, Sacris Subdiaconibus vestibus indutus; præcedentibus duobus ferventibus armorum, Mazzeris Papæ nuncupatis; comitantibus Pontificæ Consistorialis Aulæ Advocatis; atque is præparata Pallia coram Pontifice, aut Cardinale Pontificali exerceat, aserat, & sicut. Decet enim hujusmodi munus injungi prælati Auditoribus, in Subdiaconorum Ordine Pontifici ministrantibus, quorum videlicet Collegii Decano singulis annis traduntur Agni, ex quorum velleribus contextenda sunt Sacra Pallia; nec minus convenit, Consistorialis Aulæ Advocatis adesse, ad quos singulari privilegio pertinet pro Pallii concessione apud Pontificem in Consistorio residentem perorare.

Ipsæ autem Pontifex, seu illius vice, ut præteritur, Cardinalis ille, qui Officio in Pontificalibus assisterit, Pallia prædicta more solito asperget aqua benedicta, tum incenso adolebit, deinceps pronuntiabit super ea preces, & Benedictiones, juxta formulam inferius statuendam.

Peracta demum Benedictione, eadem sacrata Pallia De Custodia Palliorum habenda post Benedictionem includantur arcule argenteæ auro obdurate, quam semper in ipsa Confessione Beati Petri Apostoli, & præparatum illius Corpus in loco ad id designato asservantur; et mandamus, quæcumque ad hunc effectum, exquisito cælarum opere, nostro sumptu constent, nuper eidem Beatissimo Apostolorum Principi reverenter obtulimus, ipsum enixe orantem, ut de negligentibus, & offensionibus nostris, quascumque in ipsius Basilicæ servitio admittimus, dum inter illius Canonicos accensebatur, indulgentiam & veniam Nobis ab Omnipotenti Deo dignanter imploret. Volumus autem, ut hujusmodi arcule cura, & custodia spectet ad ipsius Basilicæ Canonice Altaris pro tempore existentem; illius vero Clavis a primario Pontificiarum Cereemoniarum Magistro retineatur.

Denique attendentes, quo ritu hujusmodi Pallia a Cardinali S. R. E. Diaconorum Priore absentium Patriarcharum, seu Archiepiscoporum Procuratoribus traduntur, animadvertimus ipsos Procuratores jurementum præstantes juxta antiquam formulam, quæ ipsis exhibetur, plura promittere, quæ nec omnino his temporibus integre adimpleri, nec sine perjury crimine negligi possent. Quapropter volumus, & statuimus, ut hujusmodi jurementum deinceps a Procuratoribus prædictis alia forma præstetur, interius pariter inferenda presentibus Literis; Quas quidem, cum omnibus in istdem statutis, atque præscriptis, semper & perpetuo validas, & efficaces existere & fore, & ab omnibus, ad quos pertinent, ac pertinebit in posterum, plenissime observari decernimus: Non obstantibus, si quæ sunt in contrarium, Apostolicis Ordinationibus, & Constitutionibus, nec non Capellæ Pontificæ, & ipsius Vaticanæ Basilicæ, etiam Apostolica auctoritate approbatis, & confirmatis, ritibus, formulis, usibus, & consuetudinibus etiam immemorabilibus; quibus omnibus, & singulis, quatenus opus sit; Motu proprio, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, pro præmissorum perpetua executione, derogamus, ac derogatum censeri volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

PONT. A. VIII. Formula Benedictionis.

Formula igitur Precum ad benedicenda Pallia in vigilia Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, talis est. Post Vespæras, Pontifex, seu Cardinalis, qui illius vice in Pontificalibus Officio assisterit, ipsa Pallia ter asperget aqua benedicta, dicendo Antiphonam *Asperges me* &c. ac ter Incenso adolet; deinde dicit.

Adjutorium nostrum in Nomine Domini.
Qui fecit celum, & terram.
Domine nobiscum.
Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Deus, Pastor eterne Animarum, qui eas Ovium nomine, designatas, per Jesum Christum Filium tuum, Beato Petro Apostolo, ejusque Successoribus, boni Pastoris ergo regendas commisisti, atque ipsa Sacramentum Pontificalis curæ documenta significasti voluisti; effunde pro ministerium nostrum super hæc Pallia de Beatorum Apostolorum Principum Altari sumpta, copiosam Benedictionis & sanctificationis tue gratiam, ut quam mystice representant Pastoralis officii plenitudinem, atque excellentiam, pleno quoque opere ostendat. Humilitatis nostre preces benignus excipe, atque eorundem Apostolorum meritis, & suffragiis concede, ut quicumque ea, te largiente, gestaverit, intelligat se Ovium tuarum Pastorem, atque in opere exhibeat, quod signatur in nomine. Sic boni magnique illius imitator Pastoris, qui errantem Ovem humeris suis impositam cæteris adunavit, pro quibus animam posuit. Sit ejus exemplum in custodia Gregis tibi commissi sollicitus, sit vigili, sit circumspexitus, ne qua Ovis in motus incidat, fraudisque Luporum. Sit disciplina zelo distributus, quod perierat requirere, quod alienum reducere, quod contractum alligare, quod pingue, & forte cascidiens. Videat humeris suis impositam Crucem, quam Filius tuus propositus tibi gaudio suscipere non recusavit; sique illi crucifixus Mundus, & ipse Mundus. Tollat in istum collo suo Evangelicum jugum, sique ei in hunc ac suave, ut in via mandatorum tuorum ceteris exemplis, & observatione præcurat. Sit ei hoc symbolum unitatis, & cum Apostolica Sede communionis perfecte tessera, si charitatis vinculum, si Divine hereditatis junctulus, si eterne securitatis pignus, ut in die adventus, & revelationis Magni Dei, Postoratum Principi Jesu Christi, cum Ovibus tibi creditis sola potatur immortalitatis, & glorie. Per eundem &c.

Formula autem jurentum, quod Procuratores absentium Archiepiscoporum, aliorumque, quibus Pallium a Romano Pontifice concessum fuerit, præstare debent in manibus Cardinalis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconorum Prioris pro tempore existentis, dum Pallium ipsi ferendum, seu transfundendum suscipiunt, talis est.

Ego N. Procurator, & procuratorio nomine, & pro parte Reverendissimi in Christo Patris, & Domini N. sedis Ecclesiæ N., instantius, & instantissime peto tibi tradi, & assignari Pallium de Corpore Beati Petri sumptum, in quo est plenitudo Pontificalis Officii, & promitto illud reverenter portare, vel portari facere eidem Reverendissimo Patri Domino N. Sic me Deus adjuvet, & hæc sanctæ Dei Evangelia.

Nulli ergo omnino Hominum liceat paginam hanc Nostræ ordinationis, statuti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVIII, pridie Idus Augusti 1748. Si Pontificatus Nostri Anno Octavo.

D. Card. Passonus.
 J. Datarius.

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.
 Loco + Plumbi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.
 Publicat. die 20. Augusti, 1748.

Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. I. k.

I N D U L T U M.

Celebrandi tres Missas in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, pro Regnis, & Dominis Hispaniarum, & Portugallicæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

QUOD expensis omnium rationum momenti, & gravissimis suffragiis virorum dignitate, pietatis, ac sapientia insignium concurrentibus, alias a Nobis decretum est, id, ut solemnioribus Apostolicæ auctoritatis Nostræ documentis confirmatum, quemadmodum est hoc in more positum, laudabiliter Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum Instituto commendatum, majori cum observantia debite executioni mandetur; novo Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communitur exoptamus. Sane nuper edidimus Decretum tenoris sequentis. BENEDICTUS PP. XIV. Cum Nobis Carissimus in Christo Filius noster Ferdinandus VI. Hispaniarum Rex Catholicus enixam piamque petitionem exhiberi fecisset, ut quæ disciplina viget in suo Aragoniæ Regno (cujus appellatione tum ipsa Aragonia, tum etiam Valentiniæ, Cataloniæ, & Majoricæ Ditiones comprehenduntur) ut scilicet in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum quilibet Sacerdos Sæcularis duas, Regularis autem tres Missas celebrare possit; eadem ad cætera quoque Regna, & Dominia eidem Ferdinandus Regi subjecta auctoritate nostra extenderetur; Cumque eodem tunc tempore Carissimus quoque in Christo Filius noster Johannes V. Portugaliæ, & Algribiæ Rex illustris similem instantiam apud Nos promoveri fecisset, ut nempe in omnibus Regnis, atque Dominis sibi subiectis, cuilibet Sacerdoti tam Sæculari, quam Regulari, facultas per Nos ferret tres Missas præfate die celebrandi; Nos quidem hujusmodi petitionum gravitatem pensantes, ac memores similia per Institutionum, quæ aliis Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostri parum felici exitu exhibita fuerunt, necessarium omnino putavimus totam rem summam maturo examini subicere: Quamvis minime hospites in ea Nos reputare possemus; siquidem olim ipsius momenta, pro Officio, quod tunc gerabamus, Secretarii Congregationis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini executioni, & interpretationi præpositæ, diligenter Nobis expendenda fuerant; cumque etiam hac de re plura scripserimus in nostro Opere de Festis Domini par. 1. pag. 247. item in Tractatu de Sacrificio Missæ sect. 2. pag. 169. juxta Editionem Patavinam, & in una ex Institutionibus Pastoralibus pro nostro Bononiensi Clero, Populoque editis, quæ est XXXVI. in Latina versione Romæ impressa pag. 187. & 186. ac demum in nostris literis ad Episcopum Occidentem datis die xvi. Martii anni MDCCXLVI, quæ jam seorsum Typis vulgatæ, in Bullarii nostri Tomo II. propediem edendo locum habebunt.

Sane quum Nos in minoribus constituti, præfata Congregationi Concilii, ut supra diximus, a Secretis esse-mus; oblatuque fuisset supplex Libellus, in quo ex parte cl. mem. Philippi V. Hispaniarum Regis idiplam studiosissime petebatur, quod, nunc a Ferdinando Rege ipsius filio iterum petitur, Officii nostri esse putavimus, instantiam hujusmodi majori cum apparatu, quemadmodum Catholici Regis dignitas postulabat, Congregationi repræsentare. Idcirco peculiaris Dissertatio a Nobis elucubrata fuit, quæ inserta est in consueto folio Relationis Casuarum, quod a Secretario consili, & singularis Cardinalibus tradit consaevit. In qua primum Dissertatione rem ipsam accuratissime pro viribus exposuimus, neque omnino originem investigare illius disciplinæ, quam diximus in Aragoniæ Regno vivere; deinde nonnullas in contrarium indicavimus resolutiones, quæ alias ad hujusmodi postulata proderant; tum aliam memoravimus petitionem, quæ olim pro Portugaliæ Regni facta fuerat Prædecessori Nostro Clementi Papæ IX. ut trinas liceret Missas in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum celebrare, de qua tamen ob immaturam Pontificis mortem nihil decretum fuit. Quibus omnibus addidimus, quod

Fi

Focus in Confessione S. Petri, in quo reponitur haec Pallia.

Ritus recitatur inductus.

Benedictus XIII. Pallia penitus ipsam benedixit.

Pontifex idem peregrino oratione ac ritu.

Quid servavit, ut observari, & adhiberi, presentium Literarum mandatum furo tenore statuimus.

Aus, & Forma Benedictionis.

Præscriptio forma jurentum præstanti pro traditione Pallii.

Formula jurentum.

Dat. Rom. A. VIII. die 20. Augusti 1748.

Instantia Regis Catholici pro extensione Concilii in Aragoniæ Regno, ut jam videretur.

Instantia Regis Portugaliæ.

Res ipsa agitata, & a SS. Domino Nostro tractata.

Exitus Casuarum in Congregatione Concilii.